



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Tempore, Loco, rationeq[ue] qu[a]estionum explicandarum. Tit. XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

ſanctos homines decet.  
Voracitatem autem, à qua abhorrente de-  
bent, cum inde tot tantaque incommo-  
da atque adeo mala existant, vt omni-  
no fugiantur; dum vescuntur, mente etiam  
repetant, vt Angeli & Sancti homines  
in cœlis diuina pascantur gloria, aliasq;  
ſanctas meditationes concipient, ad-ez  
præsertim attentissimi quæ leguntur.  
Comessatio denique compotatioq; om-  
nis cum planè sacerdote indigna fit, an-  
te & post item cibum sumptum abſit.  
Si quis contrafecerit, in eum Vicarius  
grauius animaduertat; eademque poe-  
na afficiatur, quicunque culpe socius  
particeps erit.

D E T E M P O R E , L O C O ,  
rationeq; questionum expli-  
candarum.

T I T . X V I .

Prouine. 3.  
titul. de ijs  
que ad cap.  
pa. 99.

**C**ibo sumpto, postquā de more gra-  
tia Deo actæ sunt, omnes superpel-  
liceis induiti, qui officii auctoritate, aut  
dignitate prædicti sunt, suo quem in cho-  
ro adhibet habitu uestiti, in Ecclesiam;  
quæ si longius distat, in facellum; sique  
nullum est, in parochi ædes conuenient:  
vbi (id quod ex decreti provincialis au-  
toritate in omni clericali conuentu ser-  
uandum est) statam illam orationem à  
qua viuisciusque congregationis ini-  
tium fit, Vicarius deuote dicet; neq; con-  
uetum dimittet, nisi perorata ab eodem  
altera eiusdem generis preicatione.  
Deinde ijs exclusis quos adesse non li-  
cit, & Ecclesiæ, loci vbi conuentus  
habetur, foribus clausis, suo quiique loco  
non tumultuarie raptimque, sed graui-  
ter, ordineque consideant.  
Atq; ordo quidē hic erit, vt mox infra.  
Vicarius, aut si hic abest, ille qui pro Vi-  
cario est (quia Episcopi vice gerit) pri-  
maria vbiq; sedem, locumve obtinebit.  
Proximum locum is, qui præcipuum in  
capite plebis dignitatem habet.  
Huic definiitor propè affidebit.  
Capitulum deinde canonorum plebis,  
si collegiatim aderit.  
Postea si alius Præpositus, aut Archi-  
presbyter cum capitulo aderit, eius ca-  
pitulum subsequatur.

Deinceps alius in dignitate constitutus,  
qui sine capitulo aderit.

Ijs proximi erunt parochi titulares, &  
Vicarij perpetui: inter quos idem conſu-  
dendi ordo erit, qui antiquitatis in pa-  
rochia, quam in ea regione regunt, pos-  
ſionē.

Parochis titularibus proximi erunt qui  
titulum non habent, eadem ratione, tum  
coadiutores.

Post hos canonici, qui non collegiatim  
sed extra ordinem conueniunt.

Deinde Capellani titulares, si modò Sa-  
cerdotes sint: & inter hos primo loco se-  
debunt, qui beneficii ratione chori offi-  
ciis deuincti sunt, deinceps reliqui eo-  
dem ordine omnes, quo ad beneficium  
peruenierunt.

Post hos erūt Sacerdotes, qui clericatū,  
aliudve eiusmodi beneficium obtinent.

Sequentur Capellani qui titulo carent,  
eo ordine, quo in sacerdotij diaconatus,  
subdiaconatusque gradu constituti sunt.  
Eademque ratio seruabitur inter cleri-  
cos inferiorum ordinum, quorum ultimus locus erit.

Externi autem (si quando ijs ad congrega-  
tionem aditus dabitur) primum locū  
teneant inter eos, qui eiuldem ordinis  
dignitatisque sunt. Reſtor Ecclesiæ vbi  
conuentus habetur, reliquis omnibus fa-  
cerdotibus locum ceder, eosque honore  
præueniet, vt Apostolus moneret.

Si quis in conuentu loco suo non con-  
federit, aut extra ordinem sententiam  
dixerit, pro culpe modo plectatur Vi-  
carij arbitratu.

Absint ab omni conuento ioci, cachini-  
ni, scurriliter dicta, rixæ, contentiones,  
pertinacesve altercationes.

Si fortasse rixæ, contumeliae, dissidia,  
conuictiave, aut iniuriæ aliquando ob-  
orientur, eos inter quos extiterint, Vi-  
carius adhibitis duobus tribusve aliis  
de conuento si opus erit, quam primum  
reconciliare studeat.

Nec verò corrigeret, multareq; eos pre-  
termitat Vicarius; & præterea illorum  
nomina idem, aut punctator ad Episco-  
pum deferat, qui pro culpe grauitate  
alia poena arbitratu suo afficiat.

Huius officio si Vicarius aut punctator de-  
fuerit, poenam ipse luat, qui id agere ne-  
glexerit.

QVÆ-